



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De quibusdem dubiis circa Contritionem cap. 5.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

*De quibusdam dubiis cum solutio-  
tionibus circa contritio-  
nem. Cap. 5.*

**N**on est venialium necessa-  
ria cōtritio, sed mortalium  
cōmissorum, quæ alias per  
contritionē deleta non sunt. Rur-  
sus probabilius cum multis dicitur  
non esse necessarias singulorū  
mortalium contritiones, sed vnā  
generalem omnium sufficere. Dicunt  
aliqui quod homo de peccato  
mortali tenetur statim conteri,  
cum primum eius recordatur ve-  
rū probabilius cum aliis dicitur,  
quod nō, modò cū in mentem, ve-  
nit complacentiam fugiat. Conteri  
ergò tenetur, cum Sacramentum  
recipere, vel administrare debet,  
aut graue mortis imminet pericu-  
lum, de quantitate verò doloris  
necessarii ad peccatorū remissionem,  
dicendum quemlibet suffi-



cere, modo sit vel includat detestationē peccati super omne detestabile, nēpe quia tali cōtritioni semper adiuncta est gratia habitualis.

*Quid sit confessio. Caput 6.*

**C**onfessio \* est actus hominis exterior, propriorū peccatorū, cum sui accusatione in foro spirituali & secreto manifestatius. Cū pœnitens potest, debet proprio verbo & ore peccata exprimere, vel signo, aut nutu ut mutus, potest etiā per interpretem, si est linguæ ignarus, nā talis confessio est licita pœnitente. sicut etiā illa quæ ita fit scripto ut pœnitens scribat, & confesarius legat, annuente pœnitente. Nullus tamen ad eam tenetur, sicut neque ad illam per interpretem, quia de se est publica, cū quod scripto mandatur ex se sit permanens. Confessio verò per